Aun quedava este nuevo modo de obligacion a V.S.ria para q̃
no faltasse ningun modo de su benevolensia, con q̃ V.S.ria no ma-

Illustris Vir, ac Domine,

Ignosce quod Tuis gravissimis curis ausim intercedere. Animum mihi simulq; fiduciam addit singularis illa humanitas, ac suspicienda illa tua, quâ Musas universas, Musarumq; Clientes & Antistites complecteris, benevolentia. Hanc memini Academiam hanc nostram experiri haud pridem uberrimè, experiri Professores universos, experiri singulatim me ipsum, quem humanissimo tuo alloquio, cùm res turbatas Groningæ Omlandiæq; in ordinem redigeret Celsissimus Princeps Auriacus, non unâ vice dignatus es; ac cujus commendationes in causa publica Academiæ faventissimo pectore non semel excepisti. Patere, quæso, Vir Illustris, ut in privatis quoq; favorem tuum, submissis ad te votis extorqueam: qui dudū adolescens faventissimum tuum in causa privata affectum erga me sensi. Publica quædā, calamitatemne dicam fatalem, vel necessitatem, an verò præcipitem hominū incogitantiā? haud ita pridem in eas angustias adegit, cùm Serenissimū Electorem Brandeburgicum, tum potiorem fidissimorum ipsius Ministrorum partem, ut neq; Serenis. ejus Majestas tueri commodè potuerit eos, quorum fidem officiaq; habebat explorata probataq;; neq; defendi à fervido impetu illi, qui Clementissimo suo Domino pectora gerebant addictissima ac fidissima. Jus nempe illud indigenatus rigidissimum, quod in Clivia nostra ferè injuriosam faciem ac injustitiæ vultū induit, compluribus Bonis grave cœpit existere. Inter quos item Frater meus Germanus, Johan. Deusingius, qui Prætoris Quæstorisq; munus, quo utroq; ex Serenis. Electoris Clementia cum applausu bonorum omnium Gennepæ fungebatur ab aliquot annis, cedere aliis per communem illam necessitatē adactus est. Naturalis is unà mecum est Celsiss. Principi Auriaco subditus, ac indigena urbis & Comitatus Moersensis, (quod nec ipsum mitigare rigorem potuit,) ubi publicis ac primariis muneribus functi Majores nostri clementiam sensêre

gloriosæ ac sempiternæ memoriæ Principis Mauritii, sub cujus Herois clementissimo nutu Avunculus noster (Reinerus Vermeren,) Quæstoratum Prætorio muneri adjectum ibidem sustinuit. Per te, Vir Illustris, facillimè fieri aliquando poterit, ut in Fratre meo manifestum reddatur omnibus, ne-quaquam minorem esse Clementiam potentiamque Celsiss. Prin-cipis Auriaci, Domini nostri Clementiss., in suis subditis ac indigenis suorum territoriorum ad ministeria erigendis, quam fuerit aliorum pertinacia in Ducum Electorumque consiliis ac decretis turbandis. In Fratrem illum meum, quæso, Vir Illu-stris, converte benignos favoris tui radios, sicubi occa-sio feret, gratumque ejus animum, quem reipsa comprobare satagit, admitte: Ad Tuam Illustrem Dominationem, ubicunque spes affulgebit ulla, confugiet; meumque nomen referens me ipsum Illustri Vræ Dominationi debitorem sistet, eundemque

Vir Illustris

Illustris Tui Nominis

Cultorem perpetuum

Groningæ
Pridie Cal. Jan. Anni salutis
MDCL. quem Illustri Vræ Dominationi
felicem faustumque ex animo apprecor.

Antonium Deusingium
MD.

BRITISH MUSEUM

5. 111.

© British Library
Add MS 22953, f. 29-30
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5017

ripi Mauritii, sub cujus
s noster (Reinerus
muneri adjectum ibidem
facillime fieri aliquando
– reddatur omnibus, ne,
potentiamque Celsiss. Prin
ssi, in suis subditis ac
nisteria erigendis, quam
Electorumque consiliis ac
meus, quæso, Vir Illus,
ni nedum, saeculi orna
quem reipsa comprobare
trem Dominationem
rict; meumque nomen
inationi debitorem

Tui Nominis

Cultorem perpetuu

Antonium Deusingium

16

2

27

31

Aun quedava este nuebo modo de obligacion a V.S.ria para q
no faltasse ningun nuedo de subenevolensia, con q V.S.ria no ma=

~~26~~

30

© British Library
Add MS 22953, f. 29-30
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5017

Illustri Viro, Domino

D^o. CONSTANTINO HUYGENS,
Domino in Súylechem &c.
Equiti, &c. Celſiſsimo Principi
Auriaco à Conſiliis & Secretis

Hagæ Com.

franco.

© British Library
Add MS 22953, f. 29-30
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5017